

<b>Zeitschrift:</b>	Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
<b>Herausgeber:</b>	Historischer Verein Zentralschweiz
<b>Band:</b>	3 (1846)
<b>Artikel:</b>	Bruchstücke zur Beleuchtung der ältesten Zustände der Eidgenössischen bis zur Vereinigung mit Oesterreich im Herbstm. 1352 : nach gleichzeitigen Quellen
<b>Autor:</b>	Schneller, Jos.
<b>DOI:</b>	<a href="https://doi.org/10.5169/seals-109785">https://doi.org/10.5169/seals-109785</a>

### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 17.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# C.

## B r u ch s t ü c k e

zur

**Beleuchtung der ältesten Zustände der Eidgenossen bis  
zur Vereinigung mit Österreich im Herbstm. 1352;  
nach gleichzeitigen Quellen.**

(Mitgetheilt von Jof. Schneller, Archivar.)

---

Wir dürfen hoffen, den Freunden gründlicher Forschung mit diesen Bruchstücken nicht unwillkommen zu erscheinen. Denn es ist längst anerkannt, daß wer im Studium der Geschichte die sichere Bahn zu verfolgen gedenkt, zu den ersten Quellen hinaufsteigen muß, deren Wasser noch nicht durch ableitender Canäle eigenthümlichen Geschmack, oder wohl gar durch derselben Schlamm verdorben, oder durch fremde Seitenzuflüsse getrübt worden sei. Die Hauptquellen aber, aus welchen über die früheren Zustände der Eidgenossenschaft eine klare Einsicht geschöpft werden kann, sind, sei's im Druck oder in Handschrift, wenig bekannt oder benutzt, weil selten, und den wenigsten Vereinsgliedern zugänglich. Sie werden daher eine Reihe von Augen- und Ohrenzeugen der Ereignisse, die sie schlicht und unbefangen darstellen, mit Beifall aufnehmen, übrigens auch nicht mehr verlangen, als zu leisten nöthig war. Der beschränkte Umfang unsers Geschichtsfreundes gestattete mehr nicht, als aus den gleichzeitigen, bewährtesten Chronisten denjenigen Stoff auszuwählen, welcher die früheren historischen Verhältnisse der obren teutschen Lände, zumal der fünf Orte, zu beleuchten geeignet schien.

Vorab gedenken wir nachstehende merkwürdige Zeitbücher in verkürztem Texte zu bringen:

## 1.

**Johannis Vitodurani Chronicum.**

Auf der Bibliothek der Wasserkirche in Zürich steht, bezeichnet auf dem ledernen Einbande mit A.  $131/140$ , eine schlecht und nachlässig auf rohem dickem Papier, abwechselnd mit schwarzer und blässer Tinte in lateinischer Sprache geschriebene Chronik, welche, wie im Eingange erwähnt wird, von einem gewissen Johannes aus der Stadt Winterthur gebürtig (gedr. Ausgabe 1 a. vergl. 7 a. 36 b.), des Ordens der mindern Brüder, zusammengetragen worden ist. Derselbe beschrieb die Ereignisse vor, aber ganz besonders seiner Zeit, und bei näherer Durchsicht findet es sich, daß das Zeitbuch von 1198 bis 1348 hinabreicht. Dieser Johannes war als Kind Augenzeuge der über die Mörder Königs Albrecht verhängten Blutrache, und lebte als Schulknabe in den Tagen des Treffens am Morgarten. Als Minderbruder wohnte er des bestimmten im Convente zu Basel (10 b. 36 b.), und scheint auch später in schwäbischen Klöstern gewesen zu sein (66 b.), vermutlich in Lindau oder Constanz, weil er so viel Einzelheiten aus diesen Orten zu erzählen weiß. Von seinem Vater meldet er, wie derselbe im J. 1292 mit seinen Mitbürgern vor den Mauern der Stadt Winterthur gegen die Zürcher mutig focht (13 a.), und wie er später (1315) mit heiler Haut vom Morgarten heimkehrte (26 a.). Wenn man nun annimmt, der Chronikschreiber sei um das J. 1348, als in welchem das Zeitbuch sein Ende findet, gestorben, so mag er, von der Blutrache an berechnet, etwa 45 Jahre, also die Blüthe des Mannesalters, erreicht haben.

Was nun den Codex selbst betrifft, umfaßt derselbe  $184\frac{1}{2}$  geschriebene Quartseiten, dann 8 leere Blätter, wiederum 4 überschriebene Seiten, enthaltend der Welt Schöpfungsgeschichte und Babylons Zerstörung; hernach 3 Blätter Register (Hand des ausgehenden XV Jahrhunderts), und zu Ende noch 30 weiße Blattseiten. — Die Schriftzüge und Abkürzungen tragen durchweg den Charakter des XIV Jahrhunderts; die Rechtschreibung verräth die Gewohnheit derselben Zeit: statt v erscheint beinahe überall u, statt æ überall e, statt j, i. Oft wird c für t und n für m genommen; Unterscheidungszeichen sieht man wenige. Alle s sind lang (ſ) gezogen; selten ein großer Anfangsbuchstabe, und der gemalten

Initialien gar keine. Es dürfte dieses Zeitbuch wohl die eigene Handschrift des genannten Barfüßers — folglich die Urschrift selbst — sein, und zwar wegen den vielen vorkommenden Verbesserungen und Zusätzen, die erste rohe Anlage desselben. Der Codex ist seit dem 16 Christm. 1629 Eigenthum der Zürcherischen Stadtbibliothek, indem er damals mittelst Schenkung des Amptmanns zu den Augustinern, Ulrichs Deri, an dieselbe gelangte, wie an der Stirne des Buches noch heut bei Tage gelesen wird.

Im Jahre 1735 erschien sodann in Zürich bei Conrad Orell und Mithafte ein Thesaurus Historiae Helveticæ in folio, worin S. 1 — 86 auch unsere sehr merkwürdige Chronik abgedruckt sich vorfindet. <sup>1)</sup> Ich habe mir Mühe gegeben, die hiernach folgenden Bruchstücke derselben genau mit der Urschrift von Wort zu Wort zu vergleichen, und in Vielem zu verbessern; daher darf auch versichert werden, daß der gegenwärtige Abdruck den früheren überbietet, und als ein durchaus gereinigter nunmehr wiedergegeben wird. <sup>2)</sup>

35. Post hec <sup>3)</sup> surrexit filius regis alberti alter iehu dictus lupoldus in furore mangno, et seuerus ultior fanctus est sangwinis patris sui, nam dominum de wart post fugam redeuntem et in uia sibi proditum deprehendit et arcte custodie mancipauit, cui cum obiiceretur, quod latrocinium et crimen lese maiestatis commiserit, uerum dominum suum occidendo, respondit, quod non dominum, sed malefactorem occiderit, qui manus suas cruentas miserit in dominum suum uerum et proprium regem adolfum interimendo innocentem. tandem tamen post istam temeritatem in feruentissimam penitentiam suorum scelerum deductus est: sed in ultionem flagitii sui absque iudicio ac sine sententia crurifragio et rotacione consumptus est. rotatus uitam finiuit, qui domini sui et benefactoris precipui turpiter uitam ademit. vnde verbum prophete in eo uerificatum est, dicentis: qui edebat panes meos, mangnificauit super

<sup>1)</sup> Sie wurde früher schon dem I. Theile des **Corpus Scriptor. medii ævi** von Joh. Georg. Eccardus, jedoch ziemlich fehlerhaft, einverleibt.

<sup>2)</sup> Die zu Anfang jeglichen Abschnittes angegebenen Seitenzahlen weisen auf die Urschrift, jene zu Ende auf den angerufenen Thesaurus hin.

<sup>3)</sup> Bald nach dem bei Brugg am 1 Mai 1308 erfolgten Morde des römischen Königs Albrecht; also 1308—1309.

me subplantacionem. tribus diebus uixit super rota, uxore sua, ipso ignorantе, tam diu, ne ipsum in anime sue salute ibi agitanda inpediret, subter rota demorante. non est dubium, quin acerbissime doloris gladius ipsam pertransierit. castrum suum, quod habuit juxta wintertur, funditus destructum est, tota sua substantia ibi et alibi direpta est. insuper castrum fratris sui cum suis pertinentiis amenissimis per incendium, quod oculis meis uidi,<sup>1)</sup> uastatum est, qui post multis annis, quasi in tugurio in domo rusticana deguit, et quia inmunis erat a scelere fratris sui, hēc indebite, meo judicio, passus est iuxta illud juris: pena suos debet tenere auctores, nec est ulterius extendenda, quam delictum sit in excedente repertum. item iuxta uerbum ezechielis prophete: anima que peccauerit, ipsa morietur, suple, et non alia. et sic patet ultio, quam accepit dux lupoldus de vno. quomodo autem ultus sit patrem in complicibus suis, consequenter, sicut et quantum michi innotuit, pertractabo. castrum excelsum domini de eschibach dictum snalbelburg prope thuregum situm, obsidens paucis diebus cepit et solo coequavit: castellum quoque, a quo denominatus est, uocatum eschibach, radicitus subuertit et alia bona ipsius diripuit; ipse uero profugus factus est, et in terra longinqua defunctus. dux vero iohannes patruelis regis, auctor sceleris fugitivus effectus penitus de terra et de cognatione sua exterminatus est, et in partibus alienis de medio sublatuſ;<sup>2)</sup> bona uero sua cuncta dux lupoldus sibi et

<sup>1)</sup> Man merke sich dieses.

<sup>2)</sup> Dieser unglückliche Königsmörder, durch seine Unthat auch für unsere öbern teutschen Lände von großer Bedeutung geworden, starb in Pisa am 13 Christm. 1313. — Da es trotz allen Nachforschungen bisanhin nicht gelungen war, ein zweites Siegel Herzogs Johannes von Österreich aufzufinden, und das erste und einzige, welches an einer Urkunde hängt, die J. G. Kopp (Urf. z. Gesch. d. eidgen. B., S 77) abdrucken ließ, jetzt schon ziemlich beschädiget ist, so darf es wohl an der Zeit sein, dasselbe dem Geschichtsfreunde in Abbildung beizugeben. Dem gegenwärtigen Inhaber der Urkunde, Herrn Friedrich von Mülinen in Bern, verdanke ich eine getreue Handzeichnung mit der Erlaubniſ der Veröffentlichung. — Dieses Siegel ist eigentlich ein Reutensiegel. Der Herzog, einen Helm busch von Pfauenfedern tragend, sprengt zu Roß dahin. Rechts in der Hand führt er ein Schwert, links auf der Brust einen dreieckigen Schild mit dem bekannten Querbalken Österreichs. Laut Urkunde sollte die volle

suis in perpetuum uendicauit, et postea per sententiam heinrici imperatoris successoris patris sui ducibus austrie sunt jure proprietatis et hereditario adiecta in perpetuum duraturo. insuper dominus de palm effugiens etiam manus ducis lupoldi et fratrum suorum, in terra ultra non apparuit, cuius castrum dictum alburren situm in ergow dominus lupoldus obsidens pluribus diebus cepit, et deprehensos in eo auctores et fautores homicidii patris sui. xlv. decollari secundum ordinem super vno sulco precepit. preterea cum dominus de uinstingen patronus et protector predictorum sceleratorum uirorum factus, quadam die duci lupoldo insidias apud argentinam posuisse, et hoc duci significatum fuisse, congregauit exercitum. et ad terram domini de uinstingen properans,

An dieses seltene Siegel dürfte sich wohl auch das eben so unbekannte Siegel der Mutter des Meuchlers Johannes anreihen. Diese Mutter war Agnes, eine Tochter des Böhmenkönigs Ottakars († 26. Augst. 1278) und der Kunegundis Rosislawa von Halitsch († 9. Herbstm. 1285). Sie gebar dem Herzog Rudolf von Österreich († 1290 im Mai), dem Bruder des röm. Königs Albrecht, circa 1290 den unglücklichen Johannes, und starb am 17. Mai 1296. Dieses angerufene Siegel hängt an einer im Stadtarchive Lucern verwahrten Urkunde, welche ebenfalls bei Kopp (a. a. D. S. 35.) abgedruckt sich vorfindet. Das Siegel ist wohl erhalten, und in grünes Wachs abgedruckt; einzig zur linken Seite oben im Stuhle wurde versucht in das Wachs einzubohren, was auch bei der Abbildung bemerkt wurde. Eine Frauensperson in langem faltenreichem Gewande sitzt auf einem schmucken Stuhle; die linke Hand ruht im Schoose, die rechte auf der Brust. Stirne und Haupt sind mit einem Schleier umwunden. Die Herzogin hat zur Rechten Österreichs obenbenannter Schild; das Stammwappen Habsburgs, den gekrönten \*\*) Löwen in aufrechter Stellung zum Grimmen geschickt, zur Linken. Die Umschrift lautet: +. S': AGNETIS : D': GRA : DUCISSE : AUSTE . BOEMOR : REGIS : FILIE. — Herr Robert Zünd in Lucern ließ die Zeichnung dem Originale getreu. (S. Beilage Tab. I. Nro. 2.)

<sup>\*)</sup> Beim Strich | hört die erste Zeile am äußern Rande auf, und es beginnt die zweite am innern Rande.

\*\*) Was eine Geltenheit ist.

ipsam per incendium deuastavit. ecce quam gloriose uindicauit mortem patris sui dux lupoldus, laudabilissime autem in illis decapitatis. unde adinpletum est in eis uerbum christi, in euangelio dicentis: qui acceperit gladium, in gladio peribit; et uerbum sapientis dicentis: in quo quis deliquit, in hoc et punietur. (17 a. — 17 b.)

**51.** Horum tempore anno domini MCCCXV. quedam gens rusticalis in uallibus dictis swiz habitans, montibus fere excelsis ubique uallata, confisa de montium suorum presidiis et munitionibus firmissimis, ab obedientia et stipendiis et consuetis seruiciis duci lupoldo debitibus se subtraxit, et ad resistendum sibi se preparauit. quod dux lupoldus dissimulare nolens in ira magna congregauit circa festum sancti martini exercitum de oppidis sibi subiectis, et de aliis auxilium sibi ferentibus in propinquuo positis XX. ut fertur, milia uirorum expeditorum ad prelum, ad debellandum, ad depredandum, et ad subjugandum montanos illos rebelles sibi factos. in quo exercitu dux lupoldus habuit militiam robustissimam et electissimam, et ad pugnandum peritissimam et intrepidissimam. Conuenerunt igitur uiri istius exercitus vnanimiter quasi uir unus ad perdomandos et humiliandos illos rusticos, montibus pro muris circundatos, et uolentes esse certissimi de victoria sua, et captione illius terre ejusque direptione et depredatione, restes et funes secum tulerunt, ut mediantibus illis predam pecudum et peccorum inde abducerent. Quod illi audientes et nimis timentes, infirmiora loca terre, et ubi ad eos aditus esse poterat, muris et fossatis et aliis quibus poterant modis muniuerunt, et orationibus, ieuniis, processionibus letaniisque deo se commendauerunt, preoccupaueruntque omnes uertices montium, et datum est in mandatis singulis, per quos transitus esse poterat, ut obtinerent ascensus montium, per quos uia esse poterat ad terram suam, et illic custodirent, ubi angustum iter esse viderant inter montes, et fecerunt secundum quod constitutum erat eis, et clamauit omnis populus ad dominum in instantia magna, et humiliauerunt animas suas in ieuniis ipsi et mulieres sue, et clamauerunt unanimiter ad deum, ne darentur ad predam peccora eorum, et uxores eorum in diuisionem, et loca eorum in exterminium, et honor et virtus ipsorum in pollutionem. orabant itaque dominum ex toto corde, ut uisitaret eos populum suum, dicentes: domine deus celi et terre, intuere superbiam eorum

et respice ad humilitatem nostram, et ostende, quoniam non derelinquis presumentes de te, et presumentes de se, ac de sua virtute gloriantes humilias. hec autem dixerunt, penitentiam agentes et de sua contumacia, gratiam et pacem totis viribus postulantes, per dominum quandam dictum de toggenburg comitem, uirum in uirtute animi et corporis insignem, qui mediator extitit utrorumque, nitens pacem inter eos conponere et totam discordiam conplanare. qui cum agitando profectum utriusque partis multum fideliter laborasset, nichil profecit aput ducem lupoldum, quia nimis indignatus contra switenses, et nimio furore succensus, noluit pacta humilia ipsorum sibi porrecta per comitem de toggenburg acceptare, sed tantum eos conterere uoluit, et cum rebus suis dissipare. quod audientes switenses timore ac tremore concussi sunt. assumpserunt ergo arma sua bellica switenses et sederunt super loca, que angusti itineris erant et tramitem dirigunt inter montuosa, et erant custodientes ea tota die et nocte. die ergo sancti othmari dux lupoldus cum suis bellatoribus inter quandam montem et lacum vocatum egrer sew, terram invadere cupiens, propter montis proclivitatem et celsitudinem prepeditus est. equites enim fere omnes nobiles amore et spe rerum percipiendarum estuantes in prima acie se locantes et audacter constituentes, minime facultatem seu possibilitatem ascendendi montem habebant pedites. nam vix gressus suos ibidem figere uel sistere quibant. prescientes autem suitenses per reuelationem comitis memorati,<sup>1)</sup> se in illa parte aggrediendos, et recognoscentes inpedimentum et obstaculum eorum propter difficultatem accessus ad terram ipsorum, animati et valde cordati contra eos descendunt de latibulis suis, et eos quasi pisces in sagena conclusos inuadunt, et sine omni resistentia occidunt. erant enim in pedibus secundum eorum consuetudinem quibusdam instrumentis pedicis et ferreis induti, quibus faciliter gressum uel gradum in terra fixerant, in montibus quantumcunque proclivis, inimicis et inimicorum equis minime pedes suos sistere ualentibus. habe-

---

<sup>1)</sup> Es dürfte so bald klar werden, was es Wahres sei an dem Freunde der Länder, Heinrich von Hünenberg, und an dem Abschießen etlicher Pfeile, wovon Tschudi mit gewohnter Zuversicht erzählt. (I. 272.) Man vergleiche den am Ende dieser Lieferung in der Urkundensammlung abgedruckten Brief vom 6. Hornung 1404.

bant quoque switenses in manibus quedam instrumenta occisionis gesa,<sup>1)</sup> in uulgari illo appellata helnbartam, ualde terribilia, quibus aduersarios firmissime armatos quasi cum nouacula diuise-runt, in in frusta conciderunt. ibi non erat pugna, sed tantum propter causam pretactam populi ducis lupoldi a montanis illis quasi mactatio gregis ducti ad uictimam. nemini pepercerunt, nec aliquos capere curabant, sed omnes indifferenter usque ad inter-nacionem percusserunt. Qui uero ab eis interfici non fuerunt, in lacu submersi sunt, per quem manus eorum effugere autamabant, transire posse nando sperantes. quidam etiam de peditibus audi-entes pugnatores strenuissimos suos tam crudeliter a switensibus in mortem prosterni, terrore tam horribilis mortis consternati et inebriati, lacui se inmiserunt, magis uolentes se in profundum aque dimergere, quam in manus hostium tam terribilium incidere. Referuntur autem mille et quingenti uiri in illa cede cecidisse in ore gladii, exceptis submersis in laco memorato; propter militiam illic perditam in terra circumposita, per multos dies militia rario-fuit, nam fere soli milites ibi perierunt, et alii nobiles in armis ab annis infantilibus exercitati. Qui vero ad alias uias directi sunt ad terram capiendam, euaserunt hostium manus cruentas: nam audientes alios tam ferociter cedi ab hostibus, cunctis postpositis ad saluandas animas fugierunt; de singulis castellis et oppidis plures interempti fuerunt, et ideo ubique uoce leticie et jubilationis deposita, sola uox fletus et ululatus audita est. de oppido uero wintertur nullus periit, nisi unus ciuis, qui se ab aliis sequestrauit, et se in malum sui nobilibus associavit: ceteri omnes sani corpore et saluis suis rebus ad propria redierunt, inter quos dux lupoldus reuersus, tanquam semimortuus apparuit nimia pre tristitia, quod oculis meis conspexi, quia tunc scolaris existens cum aliis longe scola-ribus patri meo ante portam cum gaudio non modico occurebam.<sup>2)</sup> merito autem ducis lupoldi wultus lugubris et turbulentus apparuit,

---

<sup>1)</sup> Dieses Wort scheint von etwas anderer Hand hineingeschrieben worden zu sein. — Von dieser Kampfwaffe, der Hellebarte, erzählt Johann von Winterthur später (Abdruck p. 29 a), wie König Johannes aus Böhmen bei der Belagerung Colmars (1330) die Männer von Glarus, welche solche führten, als die best, aber auch als die furchtbarst bewaffneten Krieger im Lager rühmt.

<sup>2)</sup> Man merke sich wiederum diese Worte.

quia robur et uirtutem exercitus sui pene amiserat. hec autem facta sunt fratre suo friderico interim in austria existente, anno domini MCCCCXV. XVII. kalendas decembbris in festo sancti othmari. Bello peracto switenses detractis armis occisorum et submersorum, et spoliatis ceteris rebus suis, in armis et peccunia multum locupletati sunt, et illa die pro triumpho adeo habito diem festum, feriamque sollempnem singulis annis in perpetuum recolendam statuerunt. (25 a. — 26 a.)

**67.** Huius etiam tempore circa annos domini MCCCCXXXIII. lucerie particulare diluvium per resolutionem nubis aquose repente et ex insperato factum est circiter festum sancti iohannis baptiste hora uespertina, quod contra minorem partem oppidi lucernensis se in tanta inundancia et in petu totam vallem occupando de griens fluebat, quod hominibus habitantibus in oppido memorato non inmerito incutere poterat horrorem nimium et pauorem: nam excidium et destructionem suo cursu uehementissimo sibi minabatur et insolitum exterminium. nam terram abduxit, et harenam solam reliquit post se, quam super ortos et olera sparsit, et sic texit, quod nichil aliud apparebat. fossata et vicos oppidi aqua et harena replevit, tuguria quoque et horrea secum tulit, et homines dormientes repertos in ipsorum feno ipsis ignorantibus prope uillam lucernensem devexit, et lapidem grandem trans altam zepem iecit, includem vnius fabri de loco suo radicitus euulsam ad fossatum ville lucernensis deportauit, lectisternia et uaria utensilia hominum secum importunissime detraxit, et in fluvium dictum rus fluentem per opidum lucernense proiecit. (33 a. — 33 b.)

**72.** Preterea isto fere tempore <sup>1)</sup> prelium suscitatum est inter comites de muntfort et dominum de vazz residentem in terra dicta Curwalhen: cui cum montanì dicti de swiz sibi uicini ob petitionem suam in auxilium sui M. et. D. uiros transmisissent, et eos exercitus comitum vidisset, cuius dux et capitaneus, dominus de runzuns fuerat, more bellwe ferissime, directo tramite, laxatis frenis, in eos cum insania et uehementia grandi irruerunt, et plures ex eis, forte cc. usque ad interencionem percusserunt.

---

<sup>1)</sup> Um das Jahr 1322.

reliqui uero reiectis armis, ut expediores essent ad fugiendum inermes, ad cauernas montium fugierunt. multi quoque ex eis per montes niuibus repletos remeare ad propria uolentes, in niuibus perierunt. (36 a.)

**76.** Circiter annos domini MCCCXXVII episcopus Ruodolfus constantiensis de muntfort oriundus totum clerum suum in constantia ad synodum episcopalem celebrandam conuocatum uisitari et pro suo excessu corrigi precepit, et ut se alterutrum studiose et districte accusarent clerici in suis delictis emendandis, statutum rigidum dedit; qui obtemperantes iussioni sue coram examinatoribus et uisitatoribus ad hoc electis et institutis satis acriter, ut aliqui michi ex eis pandebant, hoc fecerunt, qui ipsis quemadmodum edocti ac informati extiterant tantum penas seu penitentias peccuniarias inflixerunt, et sic maximam peccuniam dyocesano collegunt. aliquis enim in. X. libris, alter in. XX. tertius in. XXX. secundum mangnitudinem et enormitatem excessum condempnatus est. redierunt ergo turbati tam propter exactionem et excoriationem eis irrogatam, quam propter uisitationis seueritatem. dyocesanu uero locupletatus est nimis. (38 a.)

**80.** Item tempore ludwici inperatoris et benedicti pape XII. duces austrie nouam monetam in terra sua iuxta renum, ueteri, quia uilis facta, abolita, fabricari preceperunt, eaque uti ibidem precise uoluerunt; <sup>1)</sup> quod cives lucernenses facere temere contempserunt, et ut illi precepto tanto fortius contradicere et conire (sic) possent, montanis dictis de swiz uicinis suis se uinculo iuramenti astrinxerunt et glutine amoris specialis associauerunt, <sup>2)</sup> et utrique tempore aliis ignoto sibique apto et ydoneo tam diurno quam nocturno egrediebantur de locis suis ad ducum loca finitima, et ea succendebant igni, et in cinerem redegerunt et spolia multa secum

<sup>1)</sup> Diese neue Münze war schon unterm 14 Brachm. 1309 in Lucern urkundlich gäng und geb. (Kopp, Urkundenbuch, S. 106.)

<sup>2)</sup> Nachdem die Lucerner dem Bunde der 3 Länder beigetreten waren (1332), wurden sie fecker, und verweigerten die Annahme der Münze, bis schiedrichterliche Sprüche sie im Jahre 1336 gleichsam dazu zwangen. (Kopp 172—179.) Aber der Streit erneuerte sich, und ward zum zweitenmale im Jahre 1351 geschlichtet. (Amtliche Abscheide S. XXIII u. XXIV.)

ad loca sua deduxerunt: et sic per eos terra ducum per incendia et spolia uastata est, et data est in direptionem. quod uidentes ducum aduocati remedium huiuscemodi, quo eorum ausus temerarios conpescerent, et ut loca, que adhuc ignis incendii et rapina non tetigit, custodirent et defensarent, inuenerunt uidelicet, quod cunctis hominibus in illa contrata seu confinio ducum ditioni subditis mercandi facultatem et cuiuscunque contractus opportunitatem uel neccessitatem cum eis habendi interdixerunt, sicque factum est, quod ad oppidum seu uillam lucernensem et ad valles sive ad montes dictos swiz nec uinum nec bladum de cetero ferebatur; in castrum quoque dictum rotenburg situm in propinquuo apud uillam lucernensem aciem uirorum robustorum et exercitatorum in preliis locauerunt, qui ipsorum rabiem et nocendi desiderium restrinxerunt, immo, quod maius est, interdum eos frenis laxatis usque ad portam persecuti sunt lucerie. Similiter in oppidum quoddam uocatum zug, quod etiam ducum est, positi sunt uiri bellatores in armis experti, et in preliis a cunabulis inbuti ad tuendam terram ibidem ducum contra montanos seu vallenses dictos switenses uicinos prescripto oppido. qui quandoque per turmas egrediebantur horis competentibus gressu clandestino, et uillas conbusserunt, peccora et alias res hominum rapuerunt, properoque cursu ad montana sua repedabant, interdum in diverticulis sibi notis montium contiguorum terminis terre ducum latitabant, et quando aliquos uel paucos uiderunt de aduersa parte transire, eruperunt, et ipsos occiderunt, et uniuersa arma eorum abstulerunt. Qui uero in oppido ex parte ducum econtrario in furore opposito, similia facere attemptarunt: nam etiam tempore apto et oportuno de oppido ad spoliandum et ad prosterendum hostes exierunt, sed tam in lacu, quam quam (sic) in campis aduersarios et bona ipsorum querendo parum uel nil proficientes, uacui omni fructu et laude redierunt. ut autem breuiter concludam sermonem ceptum istius gwerre, dico quod tam seuerum et atrox bellum fuit, quod quotiescunque conuenerunt, se mutuo perdiderunt; neutra enim pars alteri treugas uel inducias dedit, uel eam captiuauit, uel ad tempus conseruauit, quando preualuit, sed repente mutilatis seu anputatis extremitatibus corporis et perfossis interioribus semimortuos uel penitus uita orbatos in campis miserabiliter reliquit. vna autem nocte dum lucernenses fluvium nomine rús descendissent,

## 64

et quandam uillam concremarent, et hoc dominus de ramswag cognouisset, qui tunc preerat. LX. ut fertur, galeatis in rotenburg, ut sicut supra memini me dixisse commorantibus, contra lucernenses cum eis in inpetu et ira magna tamen occulte profectus est: quos dum uidissent incendio et flamme operam dare diligentem, in eos irruerunt, et circa LXXX. uiros extinxerunt; alii uero uix effugierunt,<sup>1)</sup> que cedes ipsos tantum perterrituit preter alia mala plurima et multiformia, que propter gwerram hanc pertulerunt, quod gratiam ducum et pacis federa cum magna instantia implorare ceperunt, satisfactionem et emendam dignam pro sua contumacia subire spondentes; qui exaudiri meruerunt tali conditione, ut pro commissis excessibus et futuris cauendis quedam pacta penalia ipsis iniuncta per multos dominos terre utriusque partis arbitros ad reformandam karitatis et pacis unitatem inter eos congregatos inuiolabiliter custodirent in perpetuum duratura. hec maturo consilio, sagaci circumspectione, multaque industria et securitate tractata et acta sunt, et utraque pars libera uoluntate se astrinxit irrefragabiliter seruaturam, quidquid arbitri, in quos causam suam compromiserunt, eis faciendum esse decernerent.<sup>2)</sup> montani hec statim, ut dicitur, infregerunt: Ciues uero competenter usque in hanc diem seruauerunt. dampna sed ab utraque parte facta mutua compensatione tollebantur. sic itaque duces placati sunt facti a malingnitate quam cogitauerunt facere uille seu oppido lucernensi; et pax que amissa fuit, reddita est, et noua moneta ante spreta gratauerunt recepta est. (39 b.—40 a.)

87. Circiter ista tempora<sup>3)</sup> in uilla quadam dicta Sarnach sita apud luceriam, quidam uillicus seculo quasi renuncians sacrista ex devotione pro emenda suorum delictorum factus est. qui dum quadam nocte matutinum ante lucem pulsaret, quedam uisio defunctorum hominum horribiliter sibi apparens et in eum irruens, ipsum non solum a pulsatione abstraxit, uerum etiam cum sui

<sup>1)</sup> Ist etwa hier das für Lucern ungünstige Treffen bei Buochens gemeint, von dem Tschudi (I. 325) berichtet, welches aber dem Friedensvergleiche vom Mai 1336 unmittelbar vorangegangen sein muß?

<sup>2)</sup> Es sind dieses die oben erwähnten schiedrichterlichen Sprüche.

<sup>3)</sup> Um das Jahr 1336.

clamore ualido strangulauit. homines uero illic notantes cessationem pulsationis inswetam et uociferationem crudelem, ad ecclesiam certatim cucurerunt et eum quasi mortuum repererunt: qui dum per morulam superuiueret, lingwe officio penitus orbatus, diem clausit extremum. (43 b.)

